



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

R. P. Thomæ Tamburini È Societate Jesu Opera Omnia

Tamburini, Tommaso

Lugduni, 1689

§. 1. Vbi de parvitate materiæ in re venerea.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78172](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-78172)

3. Quoniam, ut modò innui, reservatio cum sit odiosa, restringi debet in casu nostro ad sodomiam, & de qua que certam. Quæstio celebris est: An reservata in aliqua Dicepsi sodomia, absolute intelligatur de agente solum, & quidem, ut modò dictum est §. 3. num. 3. sicuti seminatione intra vas præposterum, hæc enim est indequaquæ certa sodomia; vel etiam de patiente, qui certè sodomia etiam solet appellari? De utroque intelligi propter rationem dictam probabilis est: sed intelligi solum (nisi aliud in reservatione addatur) de agente, non possum non putare probabile. Ut tenet Graphius *pr. 7. casuum referu. lib. 1. cap. 11. num. 7. 8. & 25.* Ratio est non multò antè dicta, quia certa, & propria sodomia, ad quam solam debet se extendere reservatio, quæ ex omnium consensu est odiosa, & restringenda solum est illa, per quam seminatur in vase præpostero masculi, id quod certè non fit à patiente. Adde in lute magis puniri agentem, quàm patientem, & merito; quia gravior ille peccat, quàm hic, ex Divo Antonino in *sum. p. 3. titulo 17. §. 4.* ergo non est mirum, si nos censuimus reservationem cadere in illud peccatum, quod est gravior.

4. Dian. *p. 3. tr. 4. ref. 159. & p. 6. tr. 6. ref. 36.* qui in uno loco tenet, esse probabile sodomiam agentis, & patientis esse eandem speciem, unde non esse speciatim in Confessione explicandam; debet affirmare eam esse pari modo reservatam; & tamen propendit non esse, *p. 2. tr. 17. Miscellan. ref. 64.* vide etiam *p. 7. tr. 11. ref. 13.* ubi multa de reservatione hujus peccati. At verò ego, qui cum de Lugo constanter docui paulò antè §. 3. num. 7. esse diversas (Agens enim per se prodigit semen, quod non prodigit patiens) multò consequentiùs probabile judico, reservationem sodomie absolute positam, solum esse contra sodomiam certam, & principalem, qualis sola est sodomia agentis.

5. Sodomiam imperfectam non intelligi reservatam, ubi sodomia absolute reservata est, jam dixi §. 3. n. 4. cum Graphio, & nunc confirmo cum Bonacina de *matr. qual. 4. p. 11. num. 5.*

6. Reservatà sodomiam intelligi reservatam bestialitatem, aliqui affirmant: Sed verius negat idem Bonacina: quem, si est otium, lege.

CAPVT VIII.

§ I. De Impudicitia, hoc est, de Actibus Aspectibus, similibusque actibus impudicis inter Solutos.

Ubi obiter de parvitate materia in re venerea.

1. DE his pauca dixi in *Methodo Conf. 1. 2. cap. 7. §. 2.* ubi in Editione Panormitana 1649. quæ est omnium amplissima, citantur alia loca, & potius ut aperirem, quæ ratione sint in confessione deferenda, quàm ut eorum naturam explicarem: quare in præsentia id uberiori erit agendum. Loquimur autem de actionibus ex terminis inter solutos, & sine periculo pollutionis; nam inter Conjuges, vel Sponfos, vel quando subest periculum pollutionis, dictum est satis *sup. cap. 3. §. 5. a. n. 42.* de internis verò desideris, & cogitationibus morosis, dicam *lib. 10.*

2. Tanquam fundamentum pernecessarium eorum quæ hic proferenda sunt, præmitto: in prædictis, v. g. in tactu manus Mulieris, tria genera delectationum juveniri: Primam, naturalem; Secundam, libidinofam, quam *Venerem* appellamus; Tertiam, non libidinofam.

3. Naturalem delectationem voco eam, quæ oritur ex naturalium qualitatum proportione. Sic delectatur manus quando excedit in calore, refugit aspera, eademque manus quando excedit in calore, delectatur tangere manum frigidam, & è contra. Si quis ergo tangat manum mulieris, & sine alia ulteriore intentione delectetur

de sola mollitie, de solo calore, de solo frigore, de se nullius erit peccati reus: licet enim difficile sit, si ruculosum sit, se in suis terminis, tamen aliquando fit, ut quando manibus calidis sue filie Patris proprias calefacit, vel quando puri ab omni impudicitate te alieni, se invicem jocando contrahant, vel quæ, &c.

Huc reduco moraliter (sic juvat appellare) delectationem, quæ interdum ex his captatur, quæ que porius aptas mentis est, & gaudium, quàm affectio appetit sensitivi. Talis est casta delectatio, quam quis sumit in osculo more Patriæ, vel honesto tactu manus, quando in hibeatur causa castæ amicitie: tunc enim amicus, & amicitia pars superior sibi complacet de morali, honesta, quæ amicitia, nihil de sensitiva delectatione.

4. Libidinosa, vel venerea est, quæ oritur ex calore, pollutione, distillatione, vel ex cogitatione ipsorum item quæ oritur ex commotione partium corporis, & spirituum inferentium generationi, quam appetit sensitivus maxime percipit. Venerea autem appetit quia est ordinata ad generationem, cui Venerem antiquitas præficebat.

Si quis ergo in his extra Matrimonium delectationem peccare mortaliter, est hominibus manifestum, nec est in his dari parvitate, dicitur *mox num. 8.*

Non libidinosa est illa delectatio, quæ sumitur aliquibus actibus, quæ licet ordinata sunt aliquando ad generationem, aliquando tamen non sunt; & tunc ut non ordinata, suam parvam propriam delectationem, qua ratione possent dici remore, non verò præter ad generationem ordinari, v. g. tactum femine manuum certum esse posse referri ad se preparandum ad copulam potest non referri, & nihilominus tunc ille tactus par ex se in tãgentem suam delectationem, non quidem illam naturalem ex proportione qualitatum, de qua n. sed aliam propriam judivalem talis tactus utitur ad pulchritudinem, sine illa profusa intentione libidinis.

Quæ enim differt individualiter licita delectatio, quæ videtur, & odore purpureæ Rosæ sentis, ab ea, quæ sentis ab albo lilio; sic differt delectatio pudica, quæ capis à mera proportionata pulchritudine vultus mulieris, ab ea, quæ calidè item sumis à quacunque pulchritudine, v. g. floridi Campi, exquisitæ Architecture, frondentis arboris, & cujusque alia qualitatis, naturaliter tibi, tuisque oculis proportionata.

Quare hæc non libidinosa delectatio, licet inter naturales computari possit; tamen claritatis gratiâ esse, non est distinguenda: nam de hoc maxime quaritur: An & quid peccatum sit, eam voluntariè suscipere? In quo:

6. Statuamus hanc universalem regulam, tres habentem partes: Omnes actus, v. g. aspectus, tactus, allicitio mulieris, si solum delectationem naturalem afferant, & ex alia parte ob illam solam assumantur, ex nullo peccato assumuntur; imò interdum ex merito, quia illa delectatio ordinatur ex se ad bonum finem, nec in se inhonesta est. Rursus, idem actus si pariant delectationem veneream, vel assumantur propter illam; cum peccato mortali extra matrimonium assumuntur, quia extra illud prohibiti sunt. Denique idem si pariant illam delectationem non libidinofam, quæ delectatio assumuntur quidem, sed non ad ullam libidinem veneream, solum cum peccato veniali assumuntur. Cujus ultimæ partis ratio (nam alia probatione non indigent) est, quia ex una parte non habemus, unde, sic, sub mortali prohibita sit; si enim esset prohibita, inde esset, quia ad generationem, quæ sit illicita, refertur; at probatum est esse non referri: ergo, &c. & ex alia parte delectatio nonnulla est, atque ad venialis, iis uti actibus naturam delectationem, licet levem; unde vides, quæ tactus, v. g. honestæ partis ex se non sit mortalis, sed verò tactus partis inhonestæ inter solutos. Ratio curiam est, quia honestæ partis tactus delectationem ex se parit, vel naturalem, vel non libidinofam, declaratas in

in 6. præcep. Decalogi, cap.9. per totum, præcipue num.18. & 192.

9. Hæc Castro Palas. In quibus vellem advertas illa (communissima sententia, admittendi in materia luxuria leve peccatum; Et non dari in re venerea, &c.) vides? Communissimam opinionem vocat dari parvitatem in materia luxuria, negat eandem dari in re venerea; videtur enim, nisi fallor, significare hæc duo (in materia luxuria, & in re venerea) differre permaximè. Nam luxuria latè patet ad omnem culpam, pertinentem maxime ad sensum carnis; res verò venerea, quam propriè vocavimus libidinofam, restringitur ad culpas pertinentes ad generationem: ibi parvitas adest, quia tactus levis ex joco, seu ex delectatione non libidinosa, parva culpa est, licet possit esse gravis, si assumatur ob finem libidinofum; At hic nimirum in re venerea, nulla parvitas datur; semper enim eo ipse, quod venerea est, inchoatio copulæ; seu pollutionis est, atque adeò ipsius procuratio, quæ inter solutos mortale peccatum semper attingit. Lege de hoc Rebell. fusè p.2. de just. l.3. g. 19. sec. 3. Cast. Pal. §. 1. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 1. n. 4. citans Less. Salas, Basili. Vasq. quicquid dicant alii, quos citat, sequiturque Caramuel in Reg. S. Ben. à nu. 1052. Scio tum Sanch. lib. 9. matr. d. 46. sparsim per totam & in summa, l. 5. c. 6. num. 12. tum præcos Authores confundere luxuriam, & rem veneream: Sed nos recentiores, claritatis, & doctrinæ gratiâ, modo dicto distinguimus. His jactis fundamentis, per ejusmodi actus sigillatim, facilitatis ergo, discurremus.

§. II. Tactus, oscula, amplexus inter solutos.

1. Tangere manum, faciem, brachia, pedes, & ex Navarro, etiam mammillas mulieris, si fiant inter solutos (de quibus hic & in sequentibus agimus) ex joco; curiositate, levitate, nihil habent mali, præter ipsum jocum, &c. nam ut sic, non aliam, nisi naturalem parient delectationem. De his, & proximè dicend. lege Sanch. l. 9. d. 46. à n. 7. Less. l. 4. c. 3. dub. 8. Quod si fiant ob solam delectationem non libidinofam, erit, ut dictum est, cum peccato veniali: At si fiant agimo libidinofa, peccati mortaliter, patet ex dictis.

2. Hinc caute sunt legendi, qui dicunt leviter tangere manum mulieris, digitum intorquere, pedem pede premere esse veniale. Ita Caiet. 2. 2. quæst. 154. ad 2. & in summa v. Chorea sin, Navarr. in man. c. 16. num. 11. alique: caute, inquam, quia semper, etiam in his, est prædicta distinctio præ oculis habenda. Quis enim neget prementem vel levissimè mulieris pedem, si sit ex libidinofa affectu deliberato ad copulam, ad pollutionem, ad commotionem dictam spirituum, peccare mortaliter: Deliberato inquam: si enim confurgat delectatio libidinosa, tu verò non consentias, seu reprimas; jam non remanebit contra te liberè operantem, nisi illa delectatio ex se non libidinosa, quam voluntariè admittis, & consequenter venialis ut dictum est. Id quod universale esse in dictis, & dicendis, supra notavimus.

3. Jam verò oscula, & amplexus, & faciei seria, & affectata mulieris, vel grandiuiculi pueri contrectatio, ejusdem conditionis essent cum tactibus prædictis levibus, nisi necessaria indigeremus distinctione. Nam si fiamore Patriæ, vel à Parentibus, vel à Superioribus, vel similibus ad amicitia castæ signum; nulla quidem ex se laborant culpa: At si fiant ob meram delectationem, quæ persistit in ipso osculo oris, & in ipso amplexu, atque affectata contrectatione, est magnum periculum, ne inseparabiliter nascatur etiam libidinosa, & consequenter, ne sint mortalia. Quoniam ergo, quando fiunt ob captandam delectationem ipsam non libidinofam, præsertim inter duos diversi sexus, naturaliter consequitur ipsa tercia delectatio libidinosa; mortalia erunt. Lege Cast. Pal. r. i. tr. 2. d. 2. p. 10. §. 2. n. 4. vide etiam inf. l. 10. c. 5. quia tunc ponitur causa proxima verè libidinosa, nisi fortè atas instantibus aliquid amplius permittat, ut permittit Sanch. lib. 9. matr. d. 46. num. 13.

& tercia parte regulæ: at tactus inhonestus non potest delectationem naturalem, & non libidinofam, sed quando assumitur ob ipsas has duas delectationes, (nam si assumatur ob necessitatem, illas delectationes, v. g. medendi, non sumus in casu) parit etiam inseparabiliter libidinofam; & Ratio hujus maxime notanda est: quia impossibile fit, ut delectatio quæcumque, naturalis, vel non libidinosa ejus partis, quæ tam naturaliter intervit generationi, assumatur ob delectationem non libidinofam, quin comitanter non confurgat delectatio libidinosa, quare dum aliquis tam proxime delectationem ob se causam ponit libidinofæ delectationis, & inseparabilem ex se causam ponit libidinofæ delectationis, illam procurare convecitur, atque adeò peccare mortaliter.

7. Sanchez, l. 9. matr. d. 46. num. præser. 5. & num. 6. & 7. Sanchez, l. 5. c. 6. num. 13. confundit delectationem naturalem, & non libidinofam, sed deinde in discursu doctrinæ de ipsa videtur distinguere: dum enim levem manus tactum dicit esse venialem propter parvitatem delectationis, significat ideo esse venialem, quia non est delectatio libidinosa, quod dictum me juvat sic explicare, ut voluptatem non libidinofam, vocaverit voluptatem modicam, seu parvam; quæ certe admodum ex parte est præ illa, quæ est libidinosa. Et quamvis idem Sanchez, in sum. l. c. v. 12. se retractaverit de prædicta parvitate concessa in citato loco de Matrimonio, unde videatur easi se intellexisse de libidinosa; tamen pro majori claritate sue sententiæ, non admittentis parvitatem in re venerea, id fecisse suspicor: nam ceterum non interpretatur, ut potè constantiam Authoris defendens, si eidem Authori (credo) si viveret non displiceret. Non enim sufficitur eam retractationem non esse Authoris, sed suppositam, vel certe illi involuntariam. Ita Beyerlinxius, quem laudat, sequiturque Caram. in Reg. S. Ben. p. 1053. Ego huic suspitioni, si vera est, addo, satis fuisse Authoris mentem declarare, ut ego copatus sum, quam illum pronuntiare sua dicta retractantem.

Parvitas materia non datur in re venerea.

8. Hanc regulam sic à nobis distinctam, quam nisi callas, semper in hac materia caputies; confirmare juvat doctrina, & autoritate Castro Palai, qui loquens de Decreto R. P. Claudij Aquavivæ, quo prohibuit nocturnis, ne docerent dari in re venerea parvitatem, hæc habet formalia verba, t. 3. r. 16. dis. 5. quæst. 9. num. 8. Sed non levem pluribus Doctores difficultatem intulit dictum præceptum tam parvis affectum, tot verbis exaggeratum; præcipue cum videatur opponi communissima Doctores sententia, admittenti in materia luxuria leve peccatum, ex parvitate materia. Neque enim credendum est voluisse Claudium, vixim alioqui doctissimum, & prudentissimum, Seditatisque Prælatum, condemnare tanquam doctrinam omnino exterminandam, quæ affirmaret, delectationem sumptam ex visione mulieris pulchre, ex illius manus contactu, et illius collocacone absque ullo desiderio, vel periculo carnis lapsus, esse peccatum veniale. Verùm, si verba præcepti autem expendantur, faciliè supradicta difficultas dissolvitur. Neque enim Claudius negavit, aut negare potuit, probabile esse supradictas delectationes leves esse: sed non enim negavit in re venerea dari exiguam delectationem ex levitate materia. Et quidem merito. Nam res venerea propriè est coitus, vel pollutio; vel ad summum, quæ ad illa proximè disponunt, ut est commotio spirituum generationi subservientium, sicuti tradit Galen. lib. 14. de usu part. cap. 9. & 10. Delectatio igitur, quæ ex imaginatione, vel ex contactu sumeretur ex coitu, pollutione, commotione spirituum subservientium generationi, nequaquam ex levitate materia à mortali excusari potest, quia est delectatio in re venerea. At delectatio, quæ sumitur ex visione mulieris pulchre & ex illius manus contactu, ab ipsa illam delectationem absque ullo alio periculo, vel desiderio, non est delectatio in re venerea; ac proinde nec peccatum mortale, & ita sustinet Fillius, Tract. 30. Pars I.